INITIA
PHILOSOPHIÆ AC THEOLOGIÆ
EX PLATONICIS FONTIBUS DUCTA

SIVE

PROCLI DIADOCHI

ET

OLYMPIODORI

IN PLATONIS ALCIBIADEM COMMENTARII.

Ex codd. mss. nunc primum graece edidit

itemque

EIUSDEM PROCLI

INSTITUTIONEM THEOLOGICAM

integriorem emendatioremque adjecit

Fridericus Creuzer.

Pars Altera.

FRANCOFURTI AD MOENUM
IN OFFICINA BROENNERIANA.
MDCCCXXI.



ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΡΩΤΟΝ ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΝ.

Olympiodori

in Platonis Alcibiadem Priorem Commentarii.

Primum Edidit

Annotationemque Subjecit

Fridericus Creuzer.

Francofurti ad Mœnum

In Officina Broenneriana

MDCCCXXI.

Ioanni Gurlitt

Theologiae et Philosophiae Doctori Gymnasii in Libera Civitate Hamburgensi Praefecto Meritissimo

et

Iosepho de Hammer

Augustissimo Austriae Imperatori a Consiliis Aulicis Linguarum Orientalium Interpreti Doctissimo et Caesarei Ordinis qui a Leopoldo Nomen Ornamentumque habet Equiti.

Antiquae Theologiae aeque ac Philosophiae

M a g i s t r i s E g r e g i i s.

Fridericus Creuzer.

D. D.

PARS ALTERA.

PROOEMIUM PARTIS SECUNDAE.

§. 1.

De Olympiodoris.

Quando passim homines haud indocti [1] mirifice inter se confuderunt Olympiodoros, qui haud pauci fuerunt, et nuper admodum vir eruditus, quem in huiusmodi causâ nominare nolo, nostrum Olympiodorum nunc plane omisit, nunc praepostero ordine posuit; neque vero Fabricius, vir praestantissimus, in Bibliotheca graeca hujusque libri editor Harlesius hunc locum literarium universum omnibus numeris absolverunt; age proficiscamur ex hac ipsa Bibliotheca, ac primum breviter exponamus de Olympiodoris, deinde de hoc ipso Platonicorum aliquot dialogorum interprete cognomine.

Fabricius in Biblioth. gr. lib. III. c. IV. p. 63. Vol. III, p. 180 ed. Harles.: »Olympiodori, Platonici, duo fuerunt, unus ad quem Isidorus Pelusiota II, 256 epist. [2], alter Damascio iunior [3], cuius commentarii in quosdam Platonis dialogos exstant Mss. Fuit et tertius Olympiodorus, Peripateticus, quem audivit Proclus. Vide quae infra libro V. cap. 26. p. 526. et cap. 36. p. 354. Fabric. Nedhami praef. ad Hieroclem pag. 19. Heumann. adde infra in Catalogo

(1) Vid. not. ad inscriptionem Vitae Platonis ab Olympiodoro graece scriptae in Diogen. Laërt. ed. Amstel. Wetsten. Vol. II. p. 582.

(2) Ed. Paris. 1638. p. 239. Apponam has literas, cum quia ad discernendos hos Platonicos cognomines faciunt, tum quoniam philosophiae moralis Platonicae elegantem significationem habent: *Ὀλυμπιοδώρῳ· Θαυμάζω, πῶς Πλάτωνα θαυμάζων, τὰς παραινέσεις αὐτοῦ παρὰ φαῦλον τίθεσαι· ἐκεῖνος γάρ φησι τοὺς τῆς ἀρετῆς κλῶνας πόνῳ καὶ ἱδρῶτι φύεσθαι· σὺ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄπονον ἐπανείλου βίον.* Hae literulae neque ad Philosophum scribi potuerunt, qui minime impatiens fuit laboris, neque ab Isidoro Pelusiota scribi ad hominem, qui etiam post Damascium vixit. Cr.

(3) Laudat enim huius commentarium in Platonis Alcibiadem I vid. Prooem. ad Procl. in Alcib. §. 2 XIV. Cr.

Peripateticorum h. v. [Vol. III, p. 501. ed. Harles.] De Olympiodori comment. in quosdam Platonis libros supra ad Platonis dialogos [Vol. III. p. 83] egimus. De hoc Olympiodoro Platonico copiosus est Lambecius comment. de bibl. Vindobon. Tom. VII. p. 99 sqq. p. 271 sqq. et p. 278 sq. cum nota Kollarii. Plures Olympiodoros enumerat Fabricius lib. V, cap. 36. Tom. IX. p. 351 sq. [Vol. X. p. 628 sqq. Harl.] Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. p. 36 etc. dedit fragmenta. Harles.«

Ibi Fabricius et qui eius Bibliothecam graecam postea exornarunt viri docti septem Olympiodoros dinumerant. In illis Olympiodorus, Thebis in Aegypto natus, rerum scriptor. seculum amplius nostrum philosophum praevertit. (Vossius de Historicis grr. II, 20. p. 210.) Alios Olympiodoros non morabimur. Illud non est silentio praetermittendum, quod apud Marinum legitur, ut in qua narratione lapsus est vir doctissimus. Ita enim ille in vita Procli cap. 9. p. 19. p. 7. Boissonad.: *ἐπανελθὼν δὲ (Πρόκλος) πρότερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ῥητορικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ ἃ πρώην ἐσπούδαζε χαίρειν εἰπὼν, τὰς τῶν ἐκεῖ φιλοσόφων μετεδίωκε συνουσίας· καὶ φοιτᾷ ἐπὶ μὲν Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρύ.* Quod descripsit Suidas in *Ὀλυμπιόδωρος*, neque vero accurate, sed turbato ordine et sensu, uti docet in notis ad Marin. Boissonadius [4]. Ibidem (p. 83) I. A. Fabricius haec adiicit: »Caeterum fallitur Lambecius, cum »hunc Olympiodorum *Procli magistrum* eundem esse putat »cum Philosopho eiusdem nominis, *cuius commentarii eruditi »in Platonis quosdam libros manu exarati supersunt in »variis bibliothecis.* Nam in his non modo Proclus ipse, »sed et Proclo longe iunior Damascius laudatur.« Haec Fabricius. Ad extrema confer quae congessi in Prooemio ad Procl. in Alcib. I. §. 2.

Fabricius (B. gr. III, 8. Vol. III. p. 501. Harles: cf. Vol. X, p. 628 sq. Harl.) posteaquam eundem Procli ma-

(4) Cf. etiam Reinesii observatt. in Suidam p. 183. ed. Mueller.

gistrum attigit, duos insuper Olympiodoros eosdemque Peripateticos memorat: »Olympiodorus, *Theophrasti discipulus*, »(Diogen. Laërt. V. 57.) Olympiodorus *iunior*, *cuius commentarii in Aristotelis libros quatuor Meteoron exstant cet.* [5]«

Proinde ὁ περίπατος tres sibi vindicat Olympiodoros; Academia, vel potius quae ab Academia remotior postea succrevit Platonicorum familia, binos. Restat ut videamus de Olympiodoro iuniore eodemque Platonico philosopho.

§. 2.

De Olympiodoro minore eodemque Platonico.

Saxius in onomastico literario II, p. 54. *ad annum aer. Chrst.* 565. posteaquam de Olympiodoro Alexandrino Peripatetico monuit, ita pergit: »An vero alius *Olympiodorus*, Philosophus Platonicus, de quo itidem Fabricius Bibl. graec. lib. V, c. 36. p. 354. 355. Vol. IX [Vol. X. p. 631 sqq. Harl.] in haec tempora cadat, ut visum est Hambergero Part. III, p. 396, ad iudicandum haudquaquam proclive est.« — Contra Mustoxydes et Schinas ad Olympiodori Scholia in Platon. Phaedon. ed. Venet p. 21. haec adscripserunt: πολλοὶ ἐχρημάτισαν οἱ Ὀλυμπιόδωροι· ὁ ἡμέτερος οὗτος φαίνεται νὰ εἶναι ὁ Ἀλεξανδρινὸς φιλόσοφος τῆς ἕκτης ἑκατονταετηρίδος, ὁποῦ ἀναφέρει συχνὰ ὁ Δαμάσκιος, ὁ ὁποῖος ἔζη ἐπὶ Θεοδωρίκου, δεσποτεύοντος κατὰ τὴν Ἰταλίαν μεταξὺ 493 καὶ 526.« Experiamur, an ex hac vel diversitate testimoniorum vel fluctuatione in stabiliorem locum pervenire possimus.

Jam illud dudum expediit I. A. Fabricius, et vero certo docet hic ipse commentarius in Alcibiadem: Damascii scripta lectitata esse a nostro Olympiodoro. Atqui certa scriptorum fide constat, floruisse illum imperante Justiniano [1]. Justinianeam autem aetatem vel

(5) Recensentur eorum commentariorum codices et editiones. Tu cf. praeterea I. C. Brunet Manuel du libraire Tom. II. p. 582 ed. tert. Cr.

(1) Suidas in Δαμάσκιος I, p. 506 Kust. indeque Eudocia in Violar. p. 134. Imperium tenuit Iustinianus I. inde ab anno 527

maxime redolent illa quae in hoc ipso philosophi nostri commentario (πραξ. έ fin. p. 141 ed. nostr.) legimus: Ἴσως δὲ ὁ Πλάτων ὡς εὐπορῶν ἀμισθίαν (ita legendum) ἐπετήδευσε, διὸ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος σώζονται τὰ διαδοχικὰ καὶ ταῦτα πολλῶν δημεύσεων γενομένων. — »Propterea etiam hodieque instituta successionum (nimirum Platonicarum scholarum, quibus gratis instituebantur alumni) retinentur, quantumvis multae bonorum publicationes fiant.« Nolo repetere, quae ibi in annotatione posui, alia addam coniunctiora cum nostro consilio: Zonaras Annall. XIV, 6. p. 63 Paris. p. 50 Venet.: οὐ μόνον δὲ τὸν ἱερὸν τοῦτον δόμον ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖνος ἐδείματο (sc. Ἰουστινιανός), ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείονας, ἐν οἷς ἀπείρων χρημάτων δεόμενος, τὰς τυπωθείσας ἀνέκαθεν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δίδοσθαι σιτήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις τῶν λογικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν, ὑποθήκαις τοῦ Ἐπάρχου, ἐξέκοψε, καὶ οὕτω, τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων, ἀγροικία τῶν ἐν αὐταῖς κατεκράτησε. »Neque vero hoc duntaxat, sed et alia plura templa exstruxit; ad quorum aedificationem, cum infinitis egeret pecuniis, de consilio Praefecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta in omnibus urbibus sustulit, quarum cives, vacantibus literarum ludis, rusticitas invasit.« Nempe hoc pacto gratum animum praestabat magnus, si Diis placet, Iustinianus literarum doctoribus, qui et antehac Christianae ecclesiae principes Patres erudierant, et recenti memoriâ ipsius Caesaris consiliariis suâ doctrinâ insigniter profuerant. Acquiescam laudandis duobus testimoniis scriptorum nuper demum vulgatorum: Iulius Pollux in historia physica p. 416 ed. Ign. Hardt. Ἀθήναις Βασίλειος καὶ Γρηγόριος παιδευόμενοι Ημερίῳ (leg. Ἱμερίῳ) καὶ Προαιρεσίῳ εὐδοκίμοις σοφισταῖς ἐμαθήτευον, καὶ παρὰ Λιβανίῳ δὲ τῷ Ἀντιοχείας σοφιστῇ γεγόνασι [2]. Ioannes Laurentius Lydus de magistratt.

usque ad a. 565. Saxius in Onomast. II, p. 16 Damascium retulit in a. 510.

(2) Adhibe haec Eunapio in Proaeresio p. 119. et Wernsdorfio in vita Himerii p. XLVIII. ubi haec leguntur — „et quo tempore

Romm. III, 26. p. 194 ita de se ipse: *ὅπως δὲ μὴ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον δόξαιμι ζημιοῦσθαι, εἰς φιλόσοφον φοιτᾷν διέγνων. Ἀγάπιος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, περὶ οὗ Χριστόδωρος ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ τοῦ μεγάλου Πρόκλου μονοβίβλῳ φησὶν οὕτως κ. τ. λ.* »Ne autem intermedii temporis iacturam facere viderer, philosophum audire decrevi. Agapius erat eo tempore, de quo Christodorus poeta *in libro singulari de auditoribus magni Procli* ita ait« cet. Et idem ille Iustinianus apud eundum Ioannem Lydum *literarum amator* audit, videlicet in decreto, quod Praefectus emiserat in publicum! Verba haec sunt de magistrr. Romm. III, 30. p. 204.: *Ἔστι γὰρ δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις πλεονεκτήμασι καὶ φιλολόγος ὁ βασιλεύς.* »Est enim praeter alias excellentias et literarum amans imperator.«

Has prolusiones graviora sunt secuta. Ioannes Malela in hist. chronica II, p. 187. ed. Oxon.: *ἐπὶ δὲ τῆς ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ Δεκίου*[3] *ὁ αὐτὸς βασιλεὺς θεσπίσας πρόςταξιν ἔπεμψεν ἐν Ἀθήναις, κελεύσας μηδένα διδάσκειν φιλοσοφίαν, μήτε νόμιμα ἐξηγεῖσθαι κ. τ. λ.* »Eiusdem Decii sub consulatu, edicto Athenas misso (idem) imperator sancivit, ne cui liceret Philosophiam publice profiteri, aut leges interpretari.« Ita per vim soluta est disiectaque illa aurea catena, quae dicebatur, successionum Platonicarum, quaeque arctissime aptata adhuc tantopere cohaeserat. »Hucusque[4] »pertinuit veteris elegantiorisque doctrinae proventus, qui »paullatim exaruit Iustiniani imperio ac deinceps. Hic »Atheniensem clausit scholam, in qua floruerant Plutarchus, »Nestorii filius, Syrianus, Proclus, Marinus, Damascius, unde »Simplicius, Olympiodorus aliique prodierant: philosophi

Basilius Caesareensis Praesul cum Gregorio Nazianzeno literis operam dabant Athenis, nempe anno circiter 355, is (Himerius) iam eminebat cum Proaeresio.“

(3) Videlicet Decio Consule solo, Imperatore Iustiniano a. u. c. 1281. p. Chr. n. 529. cf. Chronicon Anonymi ap. Alemannum ad Procop. histor. arcan. p. 106 et Petr. Relandi Fastos Consulares p. 700.

(4) Sunt verba Wyttenbachii mei *τοῦ μακαρίτου* in Praefatione ad Plutarch. Moralia p. LV.

»expulsi: vexati per orbem Romanum avitae religionis cul»tores. ex quorum numero fere erant docti homines. Per »trecentos annos stupor et barbaries omnia obtinuerunt. »Ergo in hoc temporis spatio, plurimorum veterum libro»rum, in his etiam Plutarcheorum ponendus est interitus.«

Haec accuratius aliquanto exponenda duxi, quo certius constaret de aetate Olympiodori nostri. Etenim si nunc animo recolimus illas binas philosophi nostri (in comment. in Alcib. p. 141) sententias: cum priorem: διὸ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος σώζονται τὰ διαδοχικά· »propterea etiam nunc tenentur instituta successorum (Platonis in spernendis minervalibus)« tum alteram: καὶ ταῦτα πολλῶν δημεύσεων γινομένων, »tametsi multae bonorum publicationes fiant (i. e. confiscationes quae dicuntur);« si item reputamus, has vexationes Iustiniano imperante maxime incruduisse: consequens est, commentarium in Alcibiadem ab Olympiodoro exaratum esse ante consulatum solitarium Decii, i. e. ante annum aer. Christ. 529. Iam cum Damascius, quem Iustiniano imperante floruisse constat, a nostro philosopho in hoc ipso libro aliquoties laudetur: efficitur, *Olmypiodorum hunc Platonicum Damascii, si non aequalem, attamen supparem fuisse, adeoque et ipsum floruisse sub imperio Justiniani, hunc autem ejus librum scriptum esse quo tempore nondum clausa erat Atheniensis schola philosophorum, i. e. ante annum aer. Chr.* 529.

Restat ut excutiamus suspicionem Lambecii, cui item, praeter ea, quae iam recte oblocutus est Fabricius, alia habeo quae opponam. Atque ut hinc ordiar, Fabricius B. gr. l. V. c. 21. Vol. IX, p. 421 Harl. ita disputat: »Idem (Olympiodorus) plus simplici vice non Harpocrationis modo, sed et Procli et Damascii commentarium memorat, *ut auctor mihi videatur iunior quidam et diversus ab Olympiodoro Procli praeceptore.* Hoc certe verisimilius, quam quod Lambecius lib. VII. p. 51 sqq. [p. 113 sq. de cod. Caesar. XX. ed. Kollar. Harl.] comminiscitur, *praelectiones istas*

»*Olympiodori a iuniore quodam interpolatas esse.* Interpolata igitur etiam fuerit vita Platonis ab Olympiodoro isto scripta et post Laertium edita, in qua Proclus itidem laudatur. Illa nempe vita, ut hoc obiter notem, ex prima πράξει, sive lectione commentariorum Olympiodori in Alcibiadem depromta est.« Haec Fabricius. Iam primum legat mihi aliquis hunc ipsum in Alcibiadem commentarium Olympiodoreum. Utrum solas reperiet Procli Damasciique mentiones seiunctas inter se ac hinc inde sparsim minutatimque interpositas — an contra hunc universum librum inde a prima πράξει usque ad extremam ita repletum reperiet alienae (h. e. Procli potissimum Damasciique) doctrinae ubertate; vel ut disertius eloquar, an hoc universum telum tantopere pertextum deprehendet antiquis nitentibusque liciis, ut difficile dictu sit, recentiane an vetera emineant? Immo vero ego non reformido dicere, si Iamblichus, Harpocratio, Proclus atque Damascius sua pro se quisque ab Olympiodoro reposcere velint, Olympiodorea perpauca relictum iri. Quod quilibet iudicare poterit, qui quae Procli in Alcibiadem supersunt cum Olympiodoreis contendere velit. Hoc si est interpolare, me quidem nescire haud diffiteor quid illud sit scribere.

Posteaquam interpolationis istud Lambecianum commentum delevimus, accedamus ad alterum argumentum. Procli magistrum Olympiodorum horum commentariorum auctorem esse opinatur Lambecius. Atqui hunc ipsum Aristotelicis philosophis annumeratum vidimus [5]. Nunc inspice mihi hos ipsos Nostri commentarios, praesertim πραξ. 25. 26. 27. et 28. Obscurumne cuiquam hominum esse poterit, quo animo hic scriptor fuerit in Aristotelicos? Nimirum, ne multa, alieniore. Saepiuscule Platonem suum componit cum Aristotele, cum Academia Lyceum; rarius ita ut Peripateticis multum tribuat, aut eos verum vidisse fateatur. Quid quaeris? in iis quae huius scriptoris propria dici

(5) Vid proxime §. 1. ibiq Marinum in vita Procli c. 6.

queunt, quae pauca sunt, hoc prae ceteris elucet, ut assensum suum ab Aristotelis eiusque sectatorum auctoritate seiungat. Huiusmodi rationem qui cum personâ prioris illius Olympiodori eiusdemque Peripatetici conciliare possit: nae eundem dixerim gryphes pariter equis iungere posse.

Est in libris manuscriptis Bibliothecae Regiae Bavaricae Monacensis codex graecus, qui inscribitur: *Olympiodori adversus Stratonem.* Sunt ibidem Stratonis aliquot libri graece scripti in codice mscr. C. Anquirit Ign. Hardtius [6]: »Quis ille Strato sit, equidem nescio, nisi Lampsa»cenus sit, de quo Fabricius Vol. II, p. 311. [Vol. III. »p. 506 sq. ed. Harles.] memorat, aut Isocratis discipulus. »Certe nullibi quidquam de his opusculis inveni« cet. Ego, qui libros nondum legerim, nec ipse decernam. Sed tamen ubi eorum titulos considero, qui argumenta indicant a Peripateticorum disputationibus haud abhorrentia, coniiciam, eos Lampsaceni esse, qui Theophrasti discipulus, Peripatum haud mediocriter ornaverat [7]. Atque qui secum reputet quae modo de Olympiodori nostri animo a Peripateticis abalienato ex eius commentariis protuli; ei haud dissimile veri videbitur: eundem philosophum libro etiam aliquo Peripateticorum decreta refutare studuisse.

§. 3.

De libris Olympiodori minoris, Philosophi Platonici.

Fabricius in Bibl. Gr. l. V, c. 33. Vol. X. p. 631 sq. Harles. »Diversus ut videtur ab his omnibus est Olympio-

(6) In Catalog. codicum mscr. Biblioth. Reg. Bavar. Tom. I, p. 528.

(7) Cic. d. N. D. I, 9. ibiq. Interprr. Et vero rem extra dubitationis aleam dudum posuerat Fabricius in Bibl. gr. Vol. X., p. 633 ed. Harl., ubi consimilia excerpta in bibliotheca Gudiana, deinde in Fabriciana obvia memorantur, quae Stratonis *Lampsaceni* nomen habent. cf. proxime prooemii nostri §. 3. Sed Hardtium et haec fugerunt et alia haud pauca.

»dorus Platonicus, cuius exstant commentaria in varios »Platonis libros, sed adhuc inedita omnia, *in Alcibiadem* »*priorem*, *in Gorgiam*, *in Phaedonem et in Philebum*, »quae omnia graece supersunt msta vel in una bibliotheca »Caesarea. Pleraque etiam ex legato Holsteniano in biblio»theca publica huius urbis Hamburgensis, ne de aliis Italiae, »Angliae, Galliae et Germaniae dicam [1]. Sola ex πράξει

(1) „De codd. passim supra in Vol. III. c. 3. de Platone actum est, e. g. p. 75. 80. 82. 83. 87. 88. 123. 142. Add. cat. Mss. gr. *Venet.* Marcian. p. 109. et 110 et cel. Morelli in bibl. msta gr. et lat. I. p. 119 sq. — Paris. in pluribus codd. bibl. publ. Olympiodori Parecbolae in Philebum, in Gorgiam, in Phaedonem, in primum Alcibiadem, atque in cod. MMXVI in secundum Alcibiadem. — In bibl. *Leidensi* Olymp. scholia in Platonis Gorgiam et Alcibiadem. Vid. catal. bibl. Leidens. p. 335. nr. 32, ib. nr. 36 exstat Olympiodor. de statu animae a corpore separatae. — ib. p. 394. nr. 5. in cod. Voss. Olymp. Schol. in Phaedonem [Unde excerpta in lucem edidit Wyttenbach. et in annot. ad Plut. d. S. N. V. p. 83 et 108 et vero plura ad Phaedonem passim. Cr.] ib. p. 396. nr. 15. Olympiodori problemata Platonica gr. *εἰς τὸν μῦθον* etc. De aliis codd. in variis biblioth. vid. *Montfaucon* Bibl. Bibliothecar. Mss. indic. voc. *Olympiodorus.* — *Monaci* in cod C. in Platonis dialog. de immortalitate animi v. cel. *Hardt.* in Aretini Beitraegen etc. 1804. part. 6. p. 32 sq. — ib. a 1804. part. 10. p. 6. Scholia in Platon. Gorgiam. [Tu cf. Ign. Hardtii catal. codd. mss. bibl. reg. Bavar. ad cod. 144. 234. de comm. mss. in Gorg.; ad Cod. 100 de comm. in Phaedon.; ad cod. 112 de Olympiodoro in Hermetis aliorumque dicta. De eius libro in Stratonem proxime monebit Fabricius et supra ipse monui. Cr.]. Venetiis in Cod. Naniano CCLXI. Scholia in Gorgiam, Phaedonem et Philebum. vid. catal. Mss. gr. Nan. p. 451 sq. *Harles.*" Addendum ibi est, Clar. Muellerum, Scholae Cizensis meritissimum Rectorem, in Notitia et recensione cod. Mss. bibl. episc. Numb. Cizens., Partic. I. L. 1806. 8. p. 5 sqq. describere copiose apographum codicis Venet., duobus voll. fol., quorum primum Olympiodori Scholia in Plat. Gorg., Alcib. 1., Phaedon. et Phileb. continet, olim in bibl. Nesteri, nunc in bibl. Cizensi inter Reinesii libros adservatum. *Beck* (ad indicem capitum bibl. gr. Fabric. Vol. X, p. XVI. ed. Harl.)" Praefationem scholiis Olympiodori in Gorgiam praemissam e cod. mscr. Paris. nr. 1822 editam a Routhio suae Platonici Gorgiae editioni adiecit Findeisen Goth. 1796. p. 603—616. De comm. in Phaedon. add. Sancta-Crucii (*Saint-Croix*) notice du commentaire mscr. d' Olympiodore sur le Phaedon de Platon. in Millini magasin encyclopedique an. III. T. 1. Eundem commentarium e bibll. Venett. in lucem edere coeperunt duumviri Graeci Andreas Mustoxydes et Demetrius Schinas. Venet. 1817. in *Συλλογῇ Ἀποσπασματίων Ἀνεκδότων.* cf. eorum annot. ad Olympiod. in Phaedon. p. 21 sq. Olym-

»prima in Alcibiadem priorem excerpta lucem vidit vita »Platonis [de commentariis nunc editis vid. not. prox. 1. »Cr.], quae, (lecta pridem Bessarioni 1 contra calumnia»torem Platonis c. 3.) cum Iacobi Windeti versione et no»tis virorum doctorum in Laertium, tomo secumdo editionis »Wetstenianae p. 582—588.; sed ibi male tribuitur Olym»piodoro quem Thebanum Photius adpellat, quique histo»riam suam Theodoro iuniori inscripsit, defuncto a. 450. »Nam in hac vita citatur Proclus; in commentariis vero »ad Platonem, ex quibus [ad Alcibiadem], ut dixi, excerpta »est ista vita, etiam longe iunior Damascius, qui Procli »discipulos auscultavit [2]. Commentarii in Phaedonem ἀπό»γραφον graecum nactus sum e sectione bibliothecae Gudi»anae, in quo ab Olympiodori discipulis ex eius lectionibus »adnotata sunt quae Platoni a variis philosophis obiectan»tur. Titulus est: περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐναντίων λόγου διάτα-

piodori Scholia in Phileb. ad calcem praestantis editionis eius dialogi Platonici primum edidit Godofr. *Stallbaum.* vir eruditus, Lips. 1820. p. 237 — 288., ex eodem apographo Numburg. Cizensi, de quo proxime monuit Cl. Beck. ad Fabric. Bibl. Adde de codicibus aliquot Procli Olympiodorique comm. in Platon. Imm. Bekkeri, Viri Cl. Indicem codicum ad editionem Platonis ab eo institutam, in Platon. dialogg. part. I, Vol. I. p. VII. — XIV. *Creuzer.*

(2) Tu vid. supr. prooem. nostr. §. 1 et 2. Primus ex Isaaci Casauboni adversariis hanc Platonis vitam graece edidit Mericus Casaubonus. Vid. Praemonitum ad eam in fin. Diog. Laert. ed. Wetsten. II, p. 582. Deinceps saepius praemissa haec vita est editionibus Platonicorum dialogorum: ab Guil. Etwallo in ed. Platon. dial. III. utriusque Alcibiadis et Hipparchi. Oxon. 1771. p. 1—12. ab Io. Frid. Fischero in ed. diall. IV. Eutyphr. Apolog. Criton. et Phaedon. Lips. 1783. p. 75—78; a Chr. Dan. Beckio, V. Cl. in ed. Platon. opp. Lips. ap. Tauchnitz c. scholiis in Plat. Vol. I.; denique nuper admodum in ed. Platon. opp. stereotypa. Lips. ex officina Tauchnitz 12mo. 1818. T. I. p. 1—8. Quae cum ita sint, neminem reprehensurum arbitror, me in hac editione illam Platonis vitam omisisse. Contra quae huic vitae in codicib. praemittuntur, quoniam in editionibus omissa videram, huic commentario adieci in vestibulo usque ad verba: φέρε δὲ (vel uti scribi iubet Boissonadius in notis ad Nicetam Eugenianum VI. 512. p. 329. φέρε δή) καὶ τὸ γένος εἴπωμεν τοῦ φιλοσόφου. Cr.

»ξις τοῦ ἡμετέρου καθηγεμόνος Ὀλυμπιοδώρου. In illo »praeter Plotinum, Iamblichum, Syrianum saepius etiam »laudatur Proclus et ὁ ἐξηγητὴς atque Olympiodorus ipse, »ὁ ἡμέτερος καθηγεμών. Memorabilia inprimis in hoc com-»mentario, quae adferuntur ἐκ τοῦ Χαιρωνέως sive ex Plu-»tarcho [3], et Stratonis Lampsaceni dubia, quae Platonicae de »reminiscentia animarum sententiae et aliis quibusdam eius »dogmatibus opposuit [4].«

§. 4.

De his commentariis eorumque hac prima editione.

Non est quod de huius libri Olympiodorei indole multa dicam. Universa quaedam explicavi in antecedentibus (vid. §. 2. huius prooemii), reliqua, sicubi res ferebat, apposui in annotationibus, ubi etiam literarum studiosos adtendere iussi ad sermonis characterem, qui medius fluctuat inter sanam illam orationem veterum scriptorum Atticorum (et uti quisque deinceps ad horum imitationem se maxime conformaverat) atque inter nascentem paulatim et quasi in occulto gliscentem barbariem; proinde ut plurimum est satis bonus. Ingenium hominis sollers, acutum et a dialectica paratum. Doctrina probabilis et poëtarum, historicorum, medicorum etiam veterum lectione commendabilis; modo haec Olympiodori doctrina est, neque vero Harpocrationis, Iamblichi et inprimis Procli, quorum ille vestigia legere assolet. Etsi vero in plerisque codicibus hi in Alcibiadem commentarii inscribuntur: Σχόλια; non sunt tamen sola scholia, siquidem quaelibet πρᾶξις duabus partibus continetur, quarum prior θεωρίαν habet, altera interpretationem singulorum verborum ac sententiarum.

(3) Cf. de his Plutarcheis ap. Olympiodorum fragmentis Wyttenbach. praefat. ad Plutarch. Moral. T. I. p. LIV. Cr.

(4) Vid. supra §. 2. huius prooem. ibiq. cf. not. 7. Cr.

Sunt *Scholae* i. e. scriptiones ad lectionum usum exaratae, et ab Olympiodori discipulis calamo exceptae [5].

Atque posteaquam copias criticas ad Proclum paratas habebam; pupugit me illud, huius commentariorum in Alcibiadem plurima tempore intercepta esse, adeoque eius dialogi maximam partem interpretationis antiquae luce dedestitutam iacere. Quapropter de Olympiodoreis cogitare coepi, atque huiusmodi codicem desiderare, qui minime lacunis hiaret. Eum nactus sum insigni liberalitate Magistratus Liberae civitatis Hamburgensis [6], cui etiam Procli unum librum mscr. acceptum refero. Asservatur hoc Apographum in Bibliotheca Ioannei publica ex legato Holsteniano, inque eius limine scriptum est: »Ex manuscr. cod. Bibliothecae Vaticanae, Nr. 1106.« Hunc librum typis describendum curavi, cum eoque contuli quidquid ex aliis codicibus Casaubonus, Rigaltius, Hemsterhusius, Ruhnkenius aliique, qui haec Olympiodorea citarunt, variae lectionis offerrent, adiectis in imo margine meis qualibuscunque annotationibus; quas eruditi Lectores aequi bonique velim consulant.

(5) Arguit singulorum capitum inscriptio *πρᾶξις* i. e. *lectio*; arguit titulus in codicum fronte obvius: — *ἀπὸ φωνῆς Ὀλυμπιοδώρου·* de cuius formulae usu vario monuit Wyttenbach. ad Selecta Historicorr. p. 414 sq.

(6) Ipsum librum transmisit ad me *Hartmannus*, vir amicissimus, in Gymnasio Hamburg. Professor, copiam facientibus VV. Cll. Bauschio Protoscholarcha, et Gurlitto Ioannei Praefecto.

Σχόλια εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην ἀπὸ φωνῆς Ὀλυμπιοδώρου τοῦ μεγάλου φιλοσόφου.

Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης, ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ θεολογίας, φησίν· [1] πάντες ἄνθρωποι εἰδέναι ὀρέγονται φύσει· σημεῖον δὲ ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις· ἐγὼ δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας ἀρχόμενος φαίην ἂν τοῦτο μειζόνως, ὅτι πάντες ἄνθρωποι τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας ὀρέγονται, χρηστὸν παρ' αὐτῆς ἅπαντες ἀρύσασθαι βουλόμενοι, καὶ κάτοχοι τοῖς ταύτης νάμασιν [2] εἶναι σπουδάζοντες, καὶ τῶν Πλατωνικῶν ἐνθουσιασμῶν πλήρεις ἑαυτοὺς καταστήσαντες. Τέσσαρες δέ

(1) Lege *του εἰδέναι ὀρ. φ.* sicut editum est in Aristotelis Metaphys. libr. I. cap. 1. init. p. 1 Sylburg. ubi item: *σημεῖον δ' ἡ.* Quod *Metaphysicorum* libros *θεολογίας* nomine appellat Olympiodorus, possint eam in rem laudari ipsius Aristotelis testimonia. Sed vid. *Buhlium* de Metaphysica Aristotelis in Heeren. et Tychsen. Biblioth. d. alt. Lit. u. Kunst. Part. IV. p. 14. Idem tamen in comment. de libris Aristotelis exoter. et acroamat. (in Aristotel. operr. ed. Bip. I. p. 140) ita de his libris Aristotelicis: „denique *theologicas sive metaphysicas* (disciplinas), propterea theologicas dictas, quoniam spectant ad *πάντα τὰ ὑπὲρ φύσιν*, ad naturam divinam primasque omnium rerum caussas, quantum eas ingenii humani viribus perscrutari atque contemplari licet." Haec ille ex Ammonio Hermeae in prooem. ad Aristotelis Categorr. Quibus adde hunc ipsum locum Olympiodori.

(2) Metaphora ex ipsius Platonis dialogis ducta. Ita enim ille in Timaeo p. 75. e. p. 109 Bekkeri: *τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέων καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει κάλλιστον καὶ ἄριστον ναμάτων.* Idem in Phaedro p. 243. d. p. 34 Bekker: *ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι.* Quas locutiones dici non potest quam multi scriptores imitati sint. Tu vide eorum locos haud paucos laudd. a Wyttenbach. in epist. crit. p. 55 sq. p. 271 Lips. et cf. Schweighaeuser. ad Athen. III. p. 121. e. Animadvv. Vol. II. p. 253.

εἰσιν οὗτοι παρ' αὐτῷ ἐν τέτρασι διαλόγοις· εἷς μὲν ἐν Τιμαίῳ, ὃν ἐνθουσίᾳ [3] θεόληπτος γενόμενος καὶ ὑποκρινόμενος τὸν δημιουργὸν πρὸς τὰ οὐράνια δημηγοροῦντα περὶ τῆς τῶν τῇδε διοικήσεως, οὓς νέους θεοὺς καλεῖ. Διὸ καὶ ὁ Ἰάμβλιχος ὑπομνηματίζων τὸν διάλογον ἐπέγραψεν εἰς τὴν δημηγορίαν τοῦ Διός. Δεύτερος ἐνθουσιασμός ἐστιν ἐν τῇ Πολιτείᾳ, ἔνθα μουσόληπτος γεγονὼς ὑπεκρίθη [4] τὰς μούσας, ἃς ἐξιούσας τὴν λῦσιν τῆς ὑπὸ αὐτοῦ συστάσης πολιτείας ἔνθα φησίν· παντὶ γὰρ γενομένῳ καὶ φθορὰ ἕπεται ἐξ ἀνάγκης. Τρίτος ἐνθουσιασμὸς ὁ ἐν Φαίδρῳ, ἔνθα ὑπὸ τὴν πλάτανον ὁ Σωκράτης φιλοσοφῶν περὶ τοῦ ἔρωτος νυμφόληπτος ἐγένετο. Τέταρτος ὁ ἐν Θεαιτήτῳ, ὅπου κατὰ φιλοσοφίαν ἐνεθουσίασε, τὸν κορυφαῖον ὑποκρινάμενος φιλόσοφον, τουτέστι τὸν θεωρητικόν. Τούτων τοίνυν ἕνεκεν ἅπαντες τῇ τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίᾳ προστρέχουσι. Φέρε δὲ καὶ τὶ [5] γένος εἴπωμεν τοῦ φιλοσόφου κ. τ. λ. Sequitur *Vita Platonis* (Vid. Prooem. nostrum). Deinde post verba: καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ γένους τοῦ φιλοσόφου ita pergit Olympiodorus:

(3) Etsi vocabulum ἐνθουσία probum est; (vid. supra annot. ad Procl. in Alcib. cap. 68;) tamen h. l. haud dubie corrigendum: ἐνθουσιᾷ. Referendum enim ὃν ad ἐνθουσιασμῶν.

(4) Proxima non sana videntur. Caeterum confer cum his Procli disputata in Platonis Politiam p. 349 sq.

(5) Leg. τὸ, uti ex aliis codd. editum est. De verbo προστρέχειν dixi ad Plotin. de pulcrit. p. 335 sq.

Λοιπὸν δὲ χωρητέον καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον. Ὁ τοίνυν σκοπὸς τοῦ παρόντος διαλόγου, ὥς Πρόκλος φησὶν, [1] ἐστὶ περὶ τοῦ γνῶναι ἑαυτόν· καὶ τοῦτο πιστοῦται διὰ πολλῶν ἐπιχειρημάτων· πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς· ἐπιγέγραπται γὰρ Ἀλκιβιάδης μείζων, ἢ περὶ ἀνθρώπου φύσεως [2]. μείζων δὲ, ἐπειδὴ ἔστιν ἄλλος Ἀλκιβιάδης ὁ ἐλάττων· ὥςπερ Ἱππίας μείζων καὶ ὁ ἐλάττων· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ ῥησιδίων τινῶν ἐν τῷ διαλόγῳ λεγομένων κατασκευάζει τοιοῦτον εἶναι τὸν σκοπόν· λέγεται γὰρ ἐν αὐτῷ· Ἀλλ', ὦ μακάριε, πειθόμενος ἐμοὶ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς γράμματι, γνῶθι σεαυτόν. Καὶ πάλιν ἐν τῷ παρόντι διαλόγῳ τὰ τρία ἐκεῖνα προςρήματα διακρίνεται· ἐγώ· τὸ ἐμόν· τὰ τοῦ ἐμοῦ· [3] κἀκ τοῦ λέγεσθαι, ὅτι πάντες, ὅσοι τοῦ Ἀλκιβιάδου σώματος ἠράσθησαν, οὐκ Ἀλκιβιάδου ἠράσθησαν, ἀλλά τινος τῶν αὐτοῦ κτημάτων, μόνος δὲ Σωκράτης Ἀλκιβιάδου αὐτοῦ ἠράσθη· ἔτι δὲ ἐκ τοῦ παραδίδοσθαι τὸ δίκαιον ἐνταῦθα καὶ τὸ συμφέρον ἀντιστρέφοντα· ᾧ δῆλον, ὅτι περὶ ψυχῆς ὁ λόγος· ταύτῃ γὰρ μόνῃ συμφέρει τὸ δίκαιον, οὐ γὰρ τῷ συναμφοτέρῳ· ὁ γὰρ

(1) Vid. Proclum in Alcib. I. cap. 1. p. 1 sqq. ed. Francofurt.

(2) In Platonis editt. inverso ordine legitur haec altera inscriptio: *ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου.* Illum vero ordinem agnoscit etiam Diogenes Laertius III. 59. Nihilo tamen minus indidem haec verba in Platonis codices immigrasse arbitrantur editores Bipontini Vol. V. p. 342; quibus suffragatur Buttmannus; et Astius atque Bekkerus e suis editionibus eadem plane ejecerunt.

(3) Scrib. videtur *τὰ ἐμοῦ.*

Μενοικέως θάνατος [4] *δίκαιος μὲν, ὡς ὑπὲρ πατρίδος, οὐ συνήνεγκε δὲ τῷ σώματι φθαρέντι. Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ, μετὰ τὸ δεῖξαι ἐν τῷ πέρατι τοῦ διαλόγου· ὅτι ψυχὴ ὁ ἄνθρωπος* [5], *καταπαῦσαι τὸν λόγον· ὡς πάντων τῶν προειλημμένων πρὸς τὴν τούτου κατασκευὴν προλεχθέντων. Καὶ ὅτι ὁ Σωκράτης οὐ μόνον ἀνάγειν σπουδάζει τὰ παιδικὰ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, ἧς καὶ αὐτὸς ἀνήχθη· λέγεται δὲ πρὸς φιλοσοφίαν ἐλθεῖν ἐκ τοῦ Πυθικοῦ γράμματος τοῦ γνῶθι σεαυτόν· ἔτι δὲ κἀκ τοῦ παραδίδοσθαι ἐνταῦθα ῥησίδιον τοιοῦτον· αὐτό· αὐτὸ τὶ* [6] *αὐτό· τοῦτο δὲ ἄλλως μὲν ἀκούει ὁ Πρόκλος, ἄλλως δὲ ὁ Δαμάσκιος* [7] *ὁ μὲν γὰρ Πρόκλος αὐτὸ φησὶν εἶναι τὴν τριμέρειαν τῆς ψυχῆς, ἤτοι τὴν ἁπλῶς ψυχὴν, αὐτὸ δὲ τὸ αὐτὸ τὴν λογικὴν ψυχήν· ὁ δὲ Δαμάσκιος οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸ μὲν φησὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν, αὐτὸ δὲ τὸ αὐτὸ τὸ ἀκρότατον καὶ νοερώτατον τῆς ψυχῆς. Καὶ ὁ μὲν Πρόκλειος σκοπὸς οὗτος· ὁ δὲ Δαμάσκιος ἀκριβέστερον καὶ ἀληθέστερον παραδιδοὺς τὸν σκοπὸν οὐχ ἁπλῶς φησὶν αὐτὸν εἶναι περὶ τοῦ γνῶναι ἑαυτὸν, ἀλλὰ περὶ τοῦ πολιτικῶς γνῶναι ἑαυτόν· τοῦτο δὲ κατασκευάζει ἐκ τοῦ ὁρίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ διαλόγῳ τούτῳ ψυχὴν λογικὴν ὀργάνῳ κεχρημένην τῷ σώματι·* [8] *μόνος δὲ ὁ πολιτικὸς ὀργάνῳ κέχρηται τῷ σώματος, δεόμενος ἔστιν ὅτε θυμοῦ, ὡς ὑπὲρ πατρίδος, ἀλλὰ καὶ ἐπιθυμίας οὐ·* [9] *εὐποιῆσαι τοὺς πολίτας. Οὔτε δὲ ὁ καθαρτικὸς οὔτε ὁ θεωρητικὸς δεῖται τοῦ σώματος. Καθαρτικὸς μὲν γάρ ἐστι ψυχὴ ἀπολυ-*

(4) De Menoeceo, qui pro patria urbe, Thebis, a septem heroibus oppugnata, mortem obiit, vide Euripid. Phoeniss. 841 sqq. 937 sqq. et Schol. ad v. 920 (a quo differt, quod est in iisdem scholiis ad v. 1017.) coll. Pausan. IX. 25. 1. Apollodor. III. 6. 8 ibiq. Heynii Obss. p. 250. ed. alter. Stat. Theb. X, 589 sqq. 756 sqq. et interpp. ad Hygin. Fabb. LXVII. et LXVIII. p. 137 et 139. ed. van. Stav.

(5) Vid. Alcib. I. p. 130. d. Bip. T. VI. Bekk. II, 3. p. 361 sq.

(6) Scr. *τό*. Proxime est in Codice *αὐτὸ φησὶ, μὲν φησὶ, δὲ ἐστὶ, ἔστι* pro *ἐστὶ*, *ῥαστώνη* etc. ut saepius male.

(7) Vid. Prooemium ad Proclum in Alcib. §. 2. p. XIV. ed. Francof.

(8) Vid. Alcib. I. p. 130. a. Bekk. p. 360.

(9) Turbatum videtur. Fortasse legendum: *ὀργάνῳ κέχρηται τῷ σώματι καὶ δεόμενος ἔστιν ὅτε ἐπιθυμίας τοῦ εὖ ποιῆσαι τ. π.*

μένη τοῦ σώματος, τῶν δεσμῶν μέντοι μενόντων καὶ μὴ λυομένων, καθάπερ τοῦ Ἀμπρακικοῦ μειρακίου [10], ἀλλὰ διὰ τοῦ συμπαθοῦς λυομένων· ἔστι γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὄντας ἄνω εἶναι διά τινα συμπάθειαν θεωρητικῶς, [11] καὶ ἄνω ὄντας, ἐνταῦθα εἶναι, τῆς ψυχῆς πτεροφυούσης καὶ κατιούσης ἐνταῦθα καὶ ἐπτοημένης περὶ αὐτὰ διὰ τὸ φιλοσώματον. Θεωρητικὸς δὲ ἐστὶ ψυχὴ ἀπολελυμένη τοῦ σώματος· πάλιν ἐνταῦθα λῦσιν νοούντων ἡμῶν κατὰ τὸ ἄσχετον· ἡ γὰρ τοῦ θεωρητικοῦ ψυχὴ, κατὰ τὸ θειότατον ἐν αὐτῇ ἐνεργοῦσα, οὕτως τοῦ ὀστεΐνου καὶ πνευματικοῦ ὀχήματος ἀπολύεται· περὶ ὧν φησὶν καὶ ὁ ποιητὴς αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς· [12] πολύμητις γὰρ ἀληθῶς ὁ θεωρητικὸς τῶν ῥακῶν τῶν τοιούτων ἀπαλλαγείς. Οὐκοῦν περὶ τοῦ πόλιτικῶς γνῶναι ἑαυτὸν ὁ σκοπός· εἴγε καὶ ἐμποδὼν τῷ καθαρτικῷ καὶ θεωρητικῷ γίνεται τὸ σῶμα· γνωρίζεται δὲ ὁ μὲν καθαρτικὸς τῇ μετριοπαθείᾳ, ὁ δὲ θεωρητικὸς τῇ ἀπαθείᾳ· [13] οὕτω μὲν ὁ Δαμάσκιος. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς τῷ Πρόκλῳ συνηγοροῦντας, εἰς σύμβασιν ἄγειν αὐτῷ τὸν Δαμάσκιον, φησίν· ὅτι περὶ μὲν τοῦ πολιτικῶς γνῶναι ἑαυτὸν ἔστιν

(10) Ἀμπρακικοῦ. Hanc scripturam antiquiorem illâ alterâ Ἀμβρ. dicit Eustathius ad Dionys. Perieg. vs. 493 p. 202 Oxon. Et reapse numi veteres ejus urbis offerunt: ΑΜΠΡΑΚΙΟΤΑΝ, posteriores itidem ΑΜΠΡΑΚΙΩΤΑΝ. vid. Raschii Supplem. ad Lex. univ. rei num. vet. I. p. 629 coll. 599. Stephanus item Byzantius p. 117 Berkel. utramque formam agnoscit. Idem de gentibus docte praecipit, addens hanc: Ἀμβρακιακός. Sed tamen in Thucydide I. 55 ceteri codd. omnes exhibent Ἀμπρακικοῦ, unus Regius Ἀμπρακιακοῦ. Tu cf. Tzschuck. ad Strabon. lib. II. p. 451. In Aeliani H. A. XII. 40 est Ἀμπρακιῶται. — Tangit autem Olympiodorus Cleombrotum illum Ambraciotam, qui lecto Platonis Phaedone e muro se in mare abjecit, ut est apud Ciceron. in Tusculan. I. 34. ubi plura Davisius in medium protulit. Adde Callimachi Epigr. XXIV p. 293 sq. ibiq. Interprr. et Wyttenbach. ad Platonis Phaedon. p. 118.

(11) Haec Platonis Plotinique inprimis placita explicui in Praeparat. ad Plotin. de pulcr. 8. 13 et 14. praecipue p. C sqq. Proxime legendum videtur: τῆς ψυχῆς πτερορρυούσης καὶ κατιούσης εἰς τὰ ἐνταῦθα (sive εἰς τἀνταῦθα) Vid. Annot. ad Procl. in Alcib. p. 20 ed. nostr.

(12) Odyss. χ, 1. Proxime ad ὄχημα ψυχῆς adhibe Proclum in Platonis Tim. V. p. 321 med. et ipsum Olympiodorum in Platonis Phaedon. ap. Wyttenb. ad Plutarch. d. S. N. V. p. 97 et ad Phaedon. p. 317.

(13) Haec verba ac eadem manu in margine sunt scripta.

ως
ὁ σκοπὸς προηγουμένος· καὶ τοῦτο εἰκότως ῥητέον· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Σωκράτης ἑώρα τὸν Ἀλκιβιάδην ᾄττοντα πρὸς τὰ πολιτικὰ πράγματα, ἐνόησεν, ὅτι οὐχ ἑτοίμως ἀνέξεται τῆς περὶ τοῦ γνῶναι τὴν ψυχὴν καὶ ἑαυτὸν ζητήσεως, εἰ μὴ καὶ περὶ τῆς αὐτῷ προςούσης ἐπιθυμίας λόγον ποιήσηται. [14] Τοιαύτη γὰρ ἡ Πλάτωνος φιλοσοφία, πολλὴν ὑπερβολὴν ἔχουσα πρὸς τὰς ἄλλας· ἐοίκασι γὰρ αἱ Σωκρατικαὶ νουθετήσεις καθαρσίοις ἀλύποις καὶ φαρμάκοις [15] μέλιτι δεδευμένοις· οὐ γὰρ διὰ τῶν ἐναντίων ἐπανορθοῦται τὰς ψυχάς, ὥςπερ Ἱπποκράτης [16] κελεύει τὰ σώματα, λέγων· τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα· οὐδ' ὥςπερ Ἀριστοτέλης παρακελεύεται τὸν θυμὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ παύειν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν τῷ θυμῷ· τουτέστι τοῖς ἐναντίοις· οὐδ' ὡς οἱ Πυθαγόρειοι, διὰ τῆς ἀπογεύσεως τῶν παθῶν, καὶ τὸ λεγόμενον, ἄκρῳ δακτύλῳ· [17] τὸν γὰρ τοῖς πάθεσι φλεγμαίνοντα οὐκ ἄν τις ἰάσαιτο, φασί, μὴ σμικρὸν αὐτοῖς ἐνδούς· [18] διὸ καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ πεποίηται ἡ Ἀθηνᾶ προτρέπουσα τὸν Πάνδαρον ἐπιορκεῖν, [19] ὡς

(14) Conjunctivo huic post *εἰ μὴ*, qui saepissime redit apud Nostrum, nemo, credo, jam litem movebit post ea, quae nuper congessit Baehrius noster ad Plutarchi Artax. c. IV. in Meletemm. P. III. p. 24—26.

(15) Similiter Plutarchus (de Profect. in virtute p. 79 D. p. 304. Wyttenb.) in Platonis Xenophontisque scriptis *φάρμακα* inesse dicens, *τὸ ἀνώδυνον καὶ καθαρτικὸν* Socraticarum praeceptionum laudat.

(16) Hippocrates de flatibus p. 296 Foës. *ἐνὶ δὲ συντόμῳ λόγῳ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα.* ubi vid. annot. 7 et 8 p. 332. cf. J. Gorraei Definitt. medicas p. 139 ed. Francof. Wechel. ubi etiam *Aristoteleae* sententiae exponuntur. Adde Platon. Sympos. cap. XII p. 39. ed. Wolf. ibiq. Sydenham not. 5 et Thierschii Commentat. de Platonis Sympos. p. 18 sq. Caeterum ex Aristotele adhibe haec: Ethic. Nicomach. III. 1. 2. p. 38 sq. Sylb. VII. 6. p. 122. de virtutt. et vitiis p. 221.

(17) Proverbium hocce ex ipso Alcib. I. (p. 107. e. Bekk. p. 308. ubi est *ἀκροχειρίζεσθαι*) citatur in Adagiis Erasmi et all. p. 662. et ipsum hoc *ἄκρῳ δακτύλῳ* laudatis pluribus veterum scriptorum locis ibid. p. 364. b. sq. ubi similes quoque locutiones explicantur, v. c. *ἄκρῳ ποδί* (et *ἀκροποδιτί* vid. Hemsterh. ad Luciani Prometh. 1. p. 455 Bip.) *ἐκ παραδρομῆς, γεύματος ἕνεκεν, ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους, τῇ ἄκρῃ ῥινί, ἄκροις ὠσίν, ἐν παρόδῳ, ἐκ παρόδου.* Tu cfr. praecipue Zenobii Proverbb. Cent. I. 61. et Diogenian. Cent. II. 10.

(18) In hanc fere sententiam disputat Theages Pythagoreus in libro de virtutibus, cujus fragmentum est in Opusc. Mytholog. Eth. et Phys. p. 691. ed. Gale. Amst. 1688.

(19) Vid. Iliad. *δ*, 93 sqq. Locus multis veterum scriptorum dis-

ὠδύνοντα [20] πρὸς τοῦτο. Εἰ μὴ γὰρ οὕτω νοήσωμεν, ἄτοπον ἔσται θεὸν νομίζειν ἐκκαλεῖσθαι πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ ποιητὴς τῇ γλώττῃ ποιεῖ αὐτὸν κολαζόμενον, εἰς ἣν καὶ ἐπιώρκησεν. [21] Ὁ οὖν Σωκράτης οὐχ οὕτως ἐπαναρθοῦται [22] τὰς ψυχὰς, ὥςπερ οἱ προειρημένοι, ἀλλὰ διὰ τῶν ὁμοίων μᾶλλον· εἰ μέν τις ἐστὶν ἐρωτικὸς, λέγων· μάθε, τίς ὁ τῶν καλῶν ἔρως· εἰ δέ τις φιλοχρήματος, φαμέν· [23] μάθε, τί τὸ αὔταρκες· εἰ δὲ φιλήδονος, τίς ἡ ἀληθῶς ῥαστώνη· ἣν καὶ θεοῖς ὁ ποιητὴς ἀνατίθησι, λέγων· θεοὶ ῥεῖα ζώοντες· [24] ὥςτε καὶ πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην τοιοῦτος ὢν καὶ περὶ τοῦ πολιτικῶς ἑαυτὸν γνῶναι ποιεῖται τὸν λόγον· παρεμμέμικται [25] δὲ καὶ περὶ τοῦ καθαρτικῶς καὶ θεωρητικῶς· φησὶ γὰρ ἐνταῦθα, ὅτι ὥςπερ εἰ ὁ δημιουργὸς προςέταξε τῷ ὄμματι, εἶδε σεαυτὸ, [26] διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοκίνητον, οὐκ ἂν ἐδύνατο τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' εἰς ἕτερον ἂν ἀπέβλεπεν ὀφθαλμόν· καὶ τοῦτο οὐκ εἰς [27] τυχὸν μέρος, ἀλλ' εἰς τὸ τὴν ὀπτικὴν ἐμπεπιστευμένην [28] ἐνέργειαν, ὃ καὶ κόρη καλεῖται, διὰ τοῦ τῷ [29]

putationibus celebratus. Vid. Platon. de Republic. II. 18 p. 379. p. 99 Bekker. Aristotel. apud Scholiast. Venet. A. p. 111 Villois. Proclum in Platon. Rempubl. p. 378 supra.

(20) Lege *ὠδίνοντα*, ut est in margine. Est enim *animo volvere, mente agitare, moliri.* Vid. Suid. et Hesych. in voc. nec minus Zonar. Lex. Gr. p. 1882. Libanius Tom IV. p. 519 Reisk. *καὶ τὴν ἐκτὸς περιβόλων ὠδίνοντας ἔξοδον.* Isidorus Pelusiota III. epist. CCV. p. 337 *ἡ ἐνταῦθα ἀδοξία δόξαν ἀθάνατον ὠδίνει.* Theodoret. Vol. III. p. 584 Schulz.: *ὤδινε πολλάκις ποιήσασθαι σύγκρισιν.* Alia dederunt Suicer. in Thes. eccles. II. p. 1595 seq. et Borgerus, nuper admodum immaturâ morte literis ereptus, ad Epist. ad Galat. IV. 19. p. 284 sq. Apud Nostrum *ὠδίνειν πρός τι* est: *pronum esse ad aliquid.*

(21) Iliad. ε,292. coll. Athen. VI, 8. p. 236. d. 407 Schweigh; unde profecit Eustathius ad Iliad. l. l. et ad Iliad. ρ'. 577. p. 1160.

(22) Suprascr. ο sic: $\overset{\text{ο}}{\text{οῦται}}$. Scr. *ἐπανορθοῦται.*

(23) An *φησί*? (24) Iliad. ζ,138.

(25) Verbum *παρεμμίγνυμι* accedat Lexicis. (26) *Ἴδε σεαυτὸν*?

(27) Fortasse addendum *τὸ.*

(28) Suprascriptum est — *νον*, quod praeferendum. Vult enim Noster: „Sed in eam partem convertit oculorum, cui vis cernendi concredita est." De hoc usu verbi *ἐμπιστεύω* vid. Diodor. Sic. I. 67 p. 77. infr. Wesseling. Herodian. VI. 7. 4: *ἐπιστειλάντων αὐτῷ τῶν ἐμπεπιστευμένων τὴν Ἰλλυρίδος ἡγεμονίαν* „quibus concredita erat Illyrici praefectura." ubi vid. Irmisch. p. 448. Adde Sturz. de Dialecto Maced. et Alex. p. 164 qui docte de hujus verbi usu, Alexandrinis praecipue frequentato, exposuit. cf. Bielii Thes. V. T. et Schleusneri Nov. Thes. in voc. (29) Videtur delendum.

ἐν αὐτῷ φαίνεσθαι τὰ εἴδωλα, οὕτω καὶ σὺ, ὦ Ἀλκιβιάδη, ἐπειδὴ τὸ ἐν σοὶ αὐτοκίνητον ἀπετύφλωσας ταῖς ἀλόγοις ἐνερ-
ψον
γείαις, ἐνδοὺς [30] σεαυτὸν ἀπόβλεπε εἰς ἐμὲ, τουτέστι τὴν Σωκρατικὴν ψυχὴν, καὶ ταύτης μὴ εἰς τὸ τυχὸν μέρος, ἀλλ' εἰς τὸ ἀκρότατον, καὶ ὄψει ἐν ἐμοὶ νοῦν καὶ θεόν. Διὰ μὲν οὖν τοῦ εἰπεῖν, ἀπόβλεψον εἰς ἐμὲ, δεδήλωκεν, ὅτι περὶ τοῦ γνῶναι πολιτικῶς ἑαυτὸν ἔστιν ὁ σκοπός· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, μὴ εἰς τὸ τυχὸν, ὅτι καὶ καθαρτικῶς· τοῦ γὰρ ἀκροτάτου τῆς ψυχῆς τὸ καθαίρειν ἑαυτόν· διὰ δὲ τοῦ ὄψει ἐν ἐμοὶ νοῦν, ὅτι καὶ θεωρητικῶς· πρέπει γὰρ τῷ θεωρητικῷ τὸ κατὰ τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν ὁμιλεῖν· διὰ δὲ τοῦ καὶ θεὸν, ὅτι καὶ ἐνθουσιαστικῶς· κατὰ γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον ἐνθουσιῶμεν, ἁπλοῦν ὂν, ὥςπερ καὶ τὸ θεῖον αὐτὸ, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ παῖδες μᾶλλον καὶ οἱ ἐν ἀγροῖς διατρίβοντες, ὡς ἀφελεῖς καὶ ἁπλοῖ, ἐνθουσιῶσιν· ἀφαντασίαστος γὰρ ὁ ἐνθουσιασμὸς, διὸ καὶ φαντασίᾳ λύεται, ὡς ἐναντίᾳ οὔσῃ. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ Δελφικοῦ γράμματος ἐμνήσθημεν, τοῦ γνῶθι σαυτὸν, ἰστέον, ὅτι οὐ μάτην πρὸ τοῦ ναοῦ ἐγέγραπτο, ἀλλ' ἐπειδὴ πάντας τοὺς ἀφικνουμένους ἐκεῖ ἑώρα ἢ περὶ παίδων ἐρωτῶντας, ὡς ὁ Λάϊος· [31] ἢ περὶ ἀρχῶν, ὡς ὁ Κύλων· [32] ἢ περὶ πολέμων, ὡς ὁ Κροῖσος· [33] ἑαυτοῦ δὲ μηδένα λόγον ποιούμενον, κατὰ τὸ Μεγαρικὸν ἐκεῖνο, [34] διὰ τοῦτο ἐγράφη· πρῶτον ἑαυτοῦ φροντίζειν καὶ γινώσκειν ἑαυτὸν, καὶ τότε τὰ ἄλλα. Διὰ δὲ τοῦ προστάγματος τὸ προσταχθὲν ἐδήλωσε· τουτέστιν

(30) Scr. vid. vel *ἐκδύς*, vel mutatâ interpunctione: *ἀπετύφλωσας, ταῖς ἀλόγοις ἐνεργείαις ἐνδοὺς σεαυτὸν ἀποπλ.*

(31) Vid. Argum. Phoeniss. Eurip. p. XXII. Valck. Phoeniss. v. 17 sqq. ib. Schol. et Valcken.

(32) De Cylone v. Herodot. V, 71. Thucyd. I, 126. Pausan. I, 28. eorumque interpretes.

(33) Vid. prae ceteris Herodot. I, 47 sq. ib. interprr.

(34) Tangit illud Theocriteum Idyll. XIV. 48:

Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθματοί,
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτᾳ ἐνὶ μοίρῃ.

Et ferebatur oraculum hujuscemodi argumenti Megarensibus a Pythia editum esse: *Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.* Quod in proverbium abierat. Vid. Scholiast. et Interprett. ad Theocrit. l. l. Cf. Callimachi Epigramm. XXVI. p. 296 Ernest. Suid. Vol. III. p. 529 seq. ibiq. Kuster.

ὅτι ψυχὴ λογικὴ ὁ ἄνθρωπος· φησὶ γὰρ γνῶθι σεαυτόν· τοῦτο δὲ πρὸς τὴν γνωστικὴν εἶπε ψυχήν· οὐ γὰρ τὸ σῶμα γινώσκει, ἀλλ' οὐδὲ τὸ συναμφότερον κατὰ τὸ σῶμα· ἡ δὲ φυτικὴ [55] οὐ γινώσκει· ἀλλ' εἴποι ἄν τις· ὅτι καὶ μὴ αὔτη, ἀλλ' οὖν ἡ ἄλογος· ἀλλ' οὐ περὶ ταύτης φησίν· ἐπήγαγε γὰρ σαυτόν· ἡ δὲ ἄλογος οὐχ ἑαυτὴν γινώσκει· οὔτε γὰρ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτήν, ἀλλὰ μόνη ἡ λογική· ἀλλὰ καὶ τὰ οὐράνια καὶ γινώσκουσι, καὶ ἑαυτὰ γινώσκουσιν, ὡς ἐπιστρέφοντα· ἀλλ' οὐδὲ τούτοις ἁρμόττει τὸ γνῶθι σαυτόν· ἐξ ἀγνοίας γὰρ φησὶν ἐπὶ γνῶσιν μεταβεβλῆσθαι εἰπὼν γνῶθι, ὅπερ τελειότης ἐστὶ τῆς ψυχῆς· ἐκεῖνα δὲ ἀεὶ γινώσκουσιν, ὥστε πρὸς τὴν λογικὴν μόνην φησίν. Ὥσπερ οὖν παρὰ μὲν τῷ Ἀπόλλωνι τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίων ναοῖς τὰ κάτοπτρα [36], κείμενα μὲν πρὸ τῶν ἱερῶν, ταὐτὸν δὲ δυνάμενα τῷ Πυθικῷ γράμματι· πρὸς γὰρ τὸ γινώσκειν ἑαυτοὺς ἐπίθεσαν [37] ταῦτα, δι' αἰνιγμάτων ἀεὶ δηλοῦντες τὰ πράγματα, καθάπερ οἱ Ἕλληνες διὰ γραμμάτων. Καὶ αὖθις ὃ τῷ Πλωτίνῳ τὸ κεφάλαιον τὸ ἐν ταῖς ἐννεάσι [38], τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος, ἔνθα δείκνυσι ζῶον μὲν τὸ συναμφότερον· ἄνθρωπον δὲ τὴν ψυχήν· τοῦτο καὶ τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀλκιβιάδης τοιοῦτον ἔχων σκοπόν· ἐν οἷς ἡ πρᾶξις.

Πρᾶξις σὺν θεῷ β'.

Ὦ παῖ Κλεινίου, οἶμαί σε θαυμάζειν. Μετὰ τὸν σκοπὸν τριττὸν ὄντα, Πρόκλειον, Δαμάσκειον, ἐξηγητικόν, τουτέστι τὸν τοῖς ἐξηγηταῖς ἀρέσαντα, φέρε καὶ τὸ χρήσιμον τοῦ παρόντος διαλόγου πολυπραγμονήσωμεν καὶ αὐτὸ τριττὸν ὑπά-

(35) Id est anima vegetabilis. Vid. Proclum in Alcib. I. cap. 68. cf. Ioann. Philoponum in Aristotel. de anima I. cujus verba excerpta leguntur apud Suidam III. p. 647. ed. Kust.

(36) De speculorum in religionibus significatione vide, quae passim disputantur in: Symb. u. Mythol. III. p. 407 sqq. 447 sq. 529 sqq. p. 425. 496 sqq. ed. alter. Caeterum confer cum his verbis Olympiodori haec Plutarchi in praeceptt. conjugall p. 141 d. p. 550 Wyttenb.. *Ὁ Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ καλοὺς μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος.*

(37) Scr. *ἐπέθεσαν.*

(38) Ennead. I. lib. 1.

γωμεν. Συμβάλλεται γὰρ ἡμῖν ὁ παρὼν διάλογος πρῶτον μὲν πρὸς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ ἀΐδιον, εἰκότως· εἰ γὰρ τούτῳ περὶ τοῦ γνῶναι ἑαυτὸν διαλαμβάνει, διὰ δὲ τοῦ ἐπιστρέφειν πρὸς ἑαυτοὺς γινώσκομεν ἑαυτούς· δέδεικται δὲ μυρίαις γραμμικαῖς [1] τοῖς φιλοσόφοις, ὅτι πᾶν τὸ ἐπιστρέφον πρὸς ἑαυτὸ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον· γνωσόμεθα ἄρα ἐνταῦθα, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή. Δεύτερον ἡμῖν συμβάλλεται πρὸς τὴν γνῶσιν πάντων τῶν ὄντων· εἰ γὰρ γινώσκομεν τὴν ψυχὴν, γνωσόμεθα καὶ, οὓς ἔχει λόγους ἐν αὐτῇ· πάντων δὲ τῶν ὄντων ἔχει τοὺς λόγους καὶ τοὺς τύπους, ὡς ἴνδαλμα τούτων οὖσας· [2] συμβάλλεται ἡμῖν ἄρα ἡ αὐτῆς γνῶσις καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων πάντων. Τρίτον πρὸς τὸ γνῶναι, τί ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ καὶ τί κακόν· ὥσπερ γὰρ εἰ σῶμα ἦν ὁ ἄνθρωπος, τελειότης αὐτοῦ μέγεθος καὶ κάλλος· εἰ δὲ θυμὸς ἦν, τὸ φιλότιμον· εἰ δὲ ἐπιθυμία, τὸ φιλήδονον· οὕτως ἐπειδὴ λόγος ἐστὶν, τουτέστι λογικὴ ψυχὴ, αὐτάρκης αὐτῷ [3] καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἡ ἀρετὴ, καὶ πρὸς κακοδαιμονίαν ἡ κακία· ὡς γὰρ φησὶν ὁ Πλάτων, [4] ἄπεισιν ἡ ψυχὴ ἐν ᾅδου, μηδὲν ἔχουσα πλὴν ἀρετῆς καὶ κακίας· τοῦτο τὸ χρήσιμον.

Περὶ δὲ τῆς τάξεως ῥητέον, ὅτι πρῶτον αὐτὸν δεῖ τάττειν τῶν Πλατωνικῶν [5] ἁπάντων· ὡς γὰρ ἐν Φαίδρῳ φησίν· γελοτόν ἐστι τὸν ἐπειγόμενον τὰ ἄλλα γινώσκειν, ἑαυτὸν ἀγνοεῖν. [6]

(1) Utrum subaudiendum an addendum *ἀποδείξεσι*? Addi etiam potest *ἀνάγκαις*. Olympiodorus enim infra, Sect. 5. *ὁ Ἁρποκρατίων — γραμμικαῖς ἀνάγκαις ἔδειξε τὸν Σωκράτην ἔνθεον ἐραστήν.* Idem legitur etiam Sect. 11.

(2) *οὖσα*, an *ὄντας*?

(3) Conjiciat fortasse aliquis *ἑαυτῇ*. Neque vero necessarium est, cum *αὐτάρκης* non modo significet *sibi sufficiens*, sed universe *sufficiens*, ut *αὐτῷ* pro *ἀνθρώπῳ* dictum esse existimandum sit. Ad rem consule Cic. Paradox. II. ib. interprr.

(4) Cf. Platonis Gorg. p. 524 sq. p. 268 sqq. Heindf. Plutarch. de S. N. V. p. 93. ibiq. Wyttenb. p. 110 sqq. Platonis Phaedon. cap. 14 p. 19 sq. Wytt. cap. 28 sq. p. 39 sq. p. 39 sq. ibiq. annott.

(5) Vel add. vel subaudiendum *διαλόγων*. Caeterum cum Olympiodori de hoc dialogo sententiâ compone judicia Procli Iamblichique. Vid. Comment. in Alcib. cap. 6 pag. 11 ed. nostr. et cf. Prooemium ad Procl. p. XII sqq.

(6) Vid. Plat. Phaedr. pag. 229. e. 230. a. Bip. T. X. Bekk. I, 1. p. 8, ubi legitur: *γελοῖον δή μοι φαίνεται τοῦτ᾽ ἔτι (ἐμαυτὸν*

Δεύτερον ὅτι δεῖ Σωκρατικῶς τὰ Σωκράτους μανθάνειν· λέγεται δὲ ὁ Σωκράτης ἐκ τοῦ γνῶθι σαυτὸν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθεῖν. Ἄλλως τε δεῖ νομίζειν, ὅτι προπυλαίοις ἔοικεν οὗτος ὁ διάλογος· καὶ ὥςπερ ἐκεῖνα τῶν ἀδύτων προηγοῦνται, οὕτω καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην προπυλαίοις χρὴ ἀπεικάζειν, ἀδύτοις δὲ τὸν Παρμενίδην.

Περὶ δὲ τῆς εἰς τὰ κεφάλαια ἤτοι μέρη διαιρέσεως ἰστέον, ὅτι εἰς τρία διαιρεῖται ὁ διάλογος· ἐλεγκτικὸν, προτρεπτικὸν, μαιευτικόν. Καὶ ἐν μὲν τῷ ἐλεγκτικῷ δείκνυσιν αὐτὸν διπλῇ ἀμαθῆ· ὅτι τε ἀγνοεῖ τὰ πολιτικὰ, καὶ ὅτι νομίζει εἰδέναι· ἀγνοεῖ μὲν γὰρ, ὡς μήτε παρὰ διδασκάλου μαθὼν μήτε ἀφ' ἑαυτοῦ ζητήσας· διχῶς γὰρ ἡ γνῶσις προςγίνεται, ἢ διὰ μαθήσεως τῆς διὰ τῶν διδασκάλων, ἢ διὰ ζητήσεως ἡμῶν αὐτῶν· κρεῖττον δὲ τὸ ἑαυτὸν ζητήσαντα γνῶναι, ἢ παρ' ἑτέρου μαθόντα· ὅσον καὶ αὐτοκίνητον τοῦ ἑτεροκινήτου, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν ῥητορικαῖς τέχναις φησίν· καὶ τὸ αὐτοφυὲς κρεῖττον τοῦ ἑτεροδιδάκτου· [7] δείκνυσιν οὖν τὸν Ἀλκιβιάδην, ὡς εἴρηται, μήτε καθ' ἕνα τρόπον γνόντα τὰ πολιτικὰ, οὔτε γὰρ διδασκάλοις ἐσχόλασεν· μόνον γὰρ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ παλαίειν ἔμαθεν. Ἄλλως τε οὐδὲ χρήσας φαίνεται, ἐφ' ᾧ νομίσας ἀγνοεῖν προςῆλθεν διδασκάλῳ· παῖς γὰρ ὢν κομιδῇ καὶ νέος ἀστραγαλίζων ἔλεγε πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπομνύμενος, ὅτι ἀδικοῦμαι, ὡς ἀκριβῶς εἰδὼς, τί δίκαιον· [8] Οὐδὲ δὲ ζητήσας φαίνεται, ὥστε ἐκ τούτων ἀγνοεῖ, τί τέλος τοῦ πολιτικοῦ, ὅτι τὸ δίκαιον, ὅτι τὸ συμφέρον, ὅτι καὶ τὸ καλόν· τοῦτο μὲν τὸ ἐλεγκτικόν.

sc.) ἀγνοοῦντα τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν. Vocabulum γελωτὸς, si probum est, addendum Lexicis.

(7) Aristotelis Rhetor. I. 7. §. 33. p. 30 Sylb.: *Καὶ τὸ αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου (μεῖζον ἀγαθόν ἐστι) χαλεπώτερον γάρ· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησιν, „Αὐτοδίδακτός εἰμι."* Vid. Odyss. XXII. 347. Haec si cum Olympiodoreïs componas, videatur indidem integrari posse locus Aristotelis; nisi forte in Olympiodoro illud *καὶ* ante *τὸ αὐτοφυές* retrahendum est legendumque: *καὶ ὡς Ἀριστοτέλης*, ut extrema duntaxat pro Aristoteleïs habeantur. Utut statuas: illud *ἑτεροδίδακτον* ab Olympiodoro profectum videtur, et est adjiciendum Lexicis. De vocc. *αὐτοκίνητον*, *ἑτεροκίνητον* vid. Procl. in Alcib. cap. 7 ibiq. annot. cf. cap. 34. et 76. [Mox scrib. vid. *οὐδὲ γὰρ*.]

(8) Vid. Platonis Alcib. p. 110. a. b. et cf. Proclum in hunc dialogum.

